Prius patiar Coronam detrahi, quam in praejudi:
cium Ecclesiæ subscribam. Sub Vladislao IV.
ceperunt res turbari Unioni; Impostore enim Græco
subintrante, quinque Pseudo Episcopi sixtus
Pseudo metropolita Kiovien. creatus; sic Sede Kio-
vien. pulsus Josephus Rutscius Metropolita, alij-
que Luceoriensi, Leopolien., Novogrodensi, Miesla-
viensi, et Mohiloviensi privantur Epatibus; sem-
per tamen hoc Jus pro Unitis stabit nempe ipsis
et non Schismaticis omnes Ecclias atque bona
ditiones Russiæ locata deberi; sub Patriarcha
enim S. Ignatio baptizati, Baptismum, et obedien-
tiam Romano susceperunt.
Sed neque Unitis in hac communi Patria res suas singula-
ri firmatas habent. Gaudent Juribus, et immuni:
tatibus ijsdem, quibus S. R. E. Prelati, et Ritus
fruuntur, dictaque Jura ac privilegia fuere concessa
Antecessores Illmay DD. VV. non extorsive
nec armatis precibus (ubi Ukraina solet) sed
liberis votis et vocibus id annuentibus. Revo-
co in mentem omnia Privilegia a pientissi-
mo Rege Sigismundo post conclusam Ruthe-
norum unionem cum S. Rom.a Eccl.ia indulta,
eademque usque ad modernum Coronatum caput No-
bis feliciter regnans confirmata; Redeat in
mentem Vladislavianum Diploma Unitis ex-
traditum, legeque publicâ firmatum anno 1634.

ubi